

verum Mosen Jesum Christi.
Col. 1, 13.

Quorsum verò illud factum?

S. Zacharias docere nos
potest. Luc. 1, 74.

Hęc mi Christiane, juris divini in im-
perando, & nostri in obsequen-
do, officii fundamenta sunt.

Adamantinum habet cor, qui in-
gratè Legislatorem istum
aspernatur, à cujus benigni-
tate cum bonorum omnium
affluentiam, tum immorta-
lis vitæ gloriam expectat, &
cujus mirabili virtute & mi-
sericordia è faucibus mortis
se liberatum novit.

DE III.

Fundata auctoritate legis, ipsum sequitur præ-
ceptum primum:

Non habebis Deos alienos coram me.

Alienos Deos vocat *δοξαστῆρας* loquendo, *Negativum*
Scriptura. *præceptum.*

Non enim revera existunt alii extra
unum Deum: sed æstimatur id
à corde pravissimo & Diaboli-
co esse.

Occup. *Quod verò Apostolus affirmat,*
non solum vocari, sed etiam
esse alienos Deos. 1. Cor. 8, 5.
Tenendum est, Idololatriæ &
superstitiosis hominibus